modo alio quovis evadendo. Haec sua praesenti personali Reco-
gnitione ad praemissa omnia et singula mediante. 1154

Vstrzycki Fredra Quietat.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premysliensibus Generosus Mathias Stanislaus de Vnichow
Vstrzycki, Iudex Terrae Sanocensis. Sanus mente et corpore existens,
à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis pro-
prijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali
Premysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum 1096
Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie
incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per
expressum recognovit. Quia ipse Generosum Stanislaum
de Plessowice Fredro, Subdapiferum Podoliae, et ipsius Succes-
sores, de Summa Quadringentorum florenorum polonicalium ex Summa
originali Mille Quadringentorum florenorum polonicalium sibi Recognoscenti
per eundem Suprascriptum Generosum Subdapiferum Podoliae, modo
simplicis Debiti Actis Officij praesentis inscripta, et super bonis eius
generaliter omnibus ad soluendum assecurata sese deriuante: nec
non de eadem ipsa Inscriptione Debitorea, quo ad Summam Suprascriptam
Quadringentorum florenorum polonicalium tantummodo sese referente
ob praestitam sibi Recognoscenti Summae praefatae persolutionem Quietat,
emittit, dimittit, liberumque et absolutum pronunciat: Inscriptionem
eandem debitoream, quo ad interesse Summae praefatae spectat
Cassat, mortificat, et annihilat praesentibus. Salua nihilominus Sum-
ma restante Mille florenorum polonicalium, tum et Inscriptione eaque Debito-
rea super Summam eandem sese extendente sibi Recognoscenti
pleno in robore reseruata.

Horodyski, alteri Obligat.